

„Maius“ autem ad differentiam parvi libelli iamdudum editi, cuius titulus est Speculum velⁿⁿ⁾ Imago Mundi^{o)}, in quo scilicet huius mundi sensibilis^{oo)} dispositio et ornatus paucis verbis describitur.

c. 4^{pp)}. De utilitate operis et apologia actoris

Itaque cum hec agerem — non ignorans plerosque longitudinem voluminis postmodum, cum iam perfectum foret, nimium abhorrere sciens tamen utilitatem —, nolui penitus ab opere cepto^{qq)} desistere, donec illud iuvante Deo ad finem perducerem. Certus sum enim et confido in Domino, hoc ipsum opus non solum michi, sed^{rr)} omni studiose^{ss)} legenti non parum utilitatis afferre: non solum ad Deum per se act^{tt)} per creaturas^{uu)} visibiles et invisibiles cognoscendum ac per hoc diligendum, et cor suum in devotione caritatis multorum sanctorum ignitis^{vv)} sententiis et exemplis excitandum et accedendum^{ww)}, verum etiam^{xx)} ad predicandum, ad^{yy)} legendum, ad disputandum, ad^{zz)} solvendum, necnon et generaliter ad unumquodque fere materie genus artis cuiuslibet explicandum.

Porro ne quis in hoc opere vel de novitate^{a)} vel de nimia prolixitate me estimet^{b)} arguendum, quoniam^{c)} ipsum opus^{d)} novum^{d)} quidem est^{e)} simile^{e)} et antiquum, breve quoque simul^{f)} ac prolixum: antiquum certe materia et auctoritate, novum vero compilatione et^{g)} partium aggregatione, breve quoque propter multorum dictorum^{h)} in brevi perstrictionem, longum vero nichilominus propter immensam materie multitudinem! Denique, si paucosⁱ⁾ ex ipsis innumeris particularibus

ⁿⁿ⁾ fehlt H_2 ^{oo)} fehlt H_2 ^{pp)} 3 R ^{qq)} incepto H_4 ^{rr)} folgt
et D_1R ^{ss)} folgt et affectuose DR ^{tt)} et $N_1N_2D_1D_2$ ^{uu)} crea-
tores H_4 ^{vv)} agnitis H_4 ^{ww)} attendendum D_2D_3R ^{xx)} fehlt
 N_1N_2 ^{yy)} et D_2D_3 ^{zz)} et D_2D_3 ^{a)} vanitate H_4
^{b)} extimet R ^{c)} folgt hoc D ^{d-d)} novum opus R ^{e-e)} simul
est D ^{f)} pariter N_1N_2 ^{g)} sive D ; seu R ^{h)} doctorum H_3H_4
ⁱ⁾ duos aut tres vel quatuor DR

^{o)} Dieses Werk ist bisher nicht ediert worden. Es ist fragmentarisch erhalten u. a. in den Handschriften Paris BN Lat. 17499 (1. Hälfte 14. Jh., reicht bis in die Zeit Marc Aurels) und Lat. 17500 (Wende 13./14. Jh., reicht bis in die Merowingerzeit). Keine der beiden Handschriften weist eine Vorrede auf, das ganze Werk macht einen unfertigen Eindruck, wobei die Fassung in Lat. 17499 ausführlicher ist als in Lat. 17500. Man möchte das Werk eher für eine Materialsammlung als für eine Vorstufe zum Speculum Historiale ansehen im Gegensatz zum *Memoriale omnium temporum*, das bei äußerster Knappheit viel mit dem Speculum Historiale gemein hat (vgl. Fragmente ed. O. Holder-Egger, MG SS 24, 154—162).